

Heinrich Dringenberg

Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Hebraeae Linguae, ut & Catech. Christ. Profess. ... ad Exequias, Quae Matronarum ... IIsabe Knupperts Viduae Andreanae, hodie hora 1. pomerid. parabuntur, Cives suos Academicos ... invitat : [P.P. sub sigillo Rectoratus, ipsis Kal. Septembr. Anno 1668.]


Rostochi[i]: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771571259>

Druck Freier  Zugang



Dringenberg, H.,
in J. Knuppert,
uxor. J. Andreae.
R. 1668.



97. 9
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HINRICUS Dringenberg/

Hebrææ Linguæ, ut & Catech. Christ. Profess,

Publ. Facultatis item Philosophicæ hodiè

DECANUS;



ad Exequias,

Quæ

TRONARUM Excellentissima,

Isabe Rupperts

VIDUÆ ANDREANÆ,

*hodiè hora 1. pomerid.
parabuntur,*

CIVES suos ACADEMICOS

**Studiosè seriòq;
invitat.**

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad, Typogr.

102

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHENSIS

HIERONIMUS BUCHNER

Hebr. et Linguae, et Sacrae. Chrift. Profell.

Publ. Facultatis in Philofophia Doctus

DECANUS

ad Exequias

Quae

in Auditorio Publico



Hieronymus Buchner

VIDUAE ANDREAE

habet hunc i. domum

habentem

CIVES SIVE ACADEMICOS

studiosos, et

invitat

ROSTOCHI

Typis Johannis Rheni, Acad. Typogr.

34



IOGENI, obitum A-
LEXANDRI MAGNI
justo impensius admi-
ranti, ipse REX, *miran-
dum minimè est*, respon-
disse vel ex ipsâ fertur
tumbâ, *si, homo cum fue-
rim, defunctus sim.* Pu-
dere certè debebat *Philosophum, à Viro militari*
in moriendi ràm scitu necessario negotio supe-
rari. Parum profectò abest, quin, quem
mortuum esse querimus, queramus & homi-
nem fuisse; quando non aliâ lege aut condi-
tione nati sumus, quàm ut moriamur: neque
magis mirum aut novum, mori hominem,
quàm nasci. Enimverò quicquid ad vitam
editur, eapte opera destinatur quoq; ad mor-
tem. Ut sciscitantibus fortassean, quid sit
Homo? rectissimè regeras, esse VITAM &
MORTEM; aut, si mavis, VIVUM-MOR-
TUUM:

TUUM: nec male porrò caufferis, quicquid
in rebus mortalium vel momenti sit, vel felici-
tatis conspiciatur, id omne primo præcipue &
ultimo die contineri. Enimverò pluri-
mum interest, quibus auspiciis inchoes
hæc tempora, quovè tandem sine con-
cludas. Ideoq; eum demum felicem fortu-
natumq; arbitreris, cui & accepisse lucem pro-
spere, & reddere placidè contigerit. Medii
temporis cursus, prout fortuna gubernaculum
rexerit, modò aspero, modò tranquillo motu
peragitur, spe semper minor, dum & cupidè
votis extenditur, & ferè sine ratione (ea nostra
hominum est utiq; annata perversitas) consu-
mitur. Sanè si benè eleganterq; uti volueris,
futurum est ceterè, uti etiam parvum amplissi-
mum efficias, numeram annorum multitudine
operum longissimè exsuperando. Alioqui
quid admodum juvet aut profit, inerti morâ
gaudere, si exigere magis vitam, quàm appro-
bare stet sententia? In quam hodiè commen-
tandi publicitus non tam datur occasio, quàm
imponitur necessitas, **MATRONARUM** cla-
rissima ornatissimaq;, & benè cæpit, & bellè fi-
niit hæc secula; adeoq; geminam indè nacta
est laudem, utramq; sanè oppidò eximiam.
prin-

principemq; Sed verò etiam ipsa primam ul-
timamq; horam interlabentia tempora sic
transegit, uti & pietatis virtutumq; laudabili
studio, & ceteroqui præstantissimorum faci-
norum amplitudine ætatem suam omnem cu-
ratissimè instruxisse videretur. Historia MA-
TRONÆ, quam jamjam pertexemus, rem-
omnem præclare edocebit. Nata est hïc Ro-
stochi, celebratissimâ Urbe & Academiâ, Anno
Seculi hujusce IV. die 18. Januar. Patre HINRI-
CO Knuppert / Cive primario; Matre q; AN-
NA Ohms / Feminarum præstantissimâ. A-
vum paternum habuit VIRUM Amplissimum,
& Consultrissimum DN. ALBERTUM Knup-
pert / J. U. D. & Sereniss. potentissimiq; olim Da-
niarum REGIS, FRIDERICI II. Consiliarium
intimum, eundemq; Cancellarium gravissi-
mum. Aviam verò paternam, ANNAM
Stödebergs / matronarum ornatissimam. Avus
ei maternus fuit JOACHIMUS Ohm / Civis ac
Cerevisarius eximius; Avia materna, nulli se-
xus sui secunda, Isabe Nettelblats. Hic FUN-
CTÆ sanguis est, hæc vicinior origo, non pro-
fectò vilis aut minuta, sed oppidò præstans ac
præclara. Nascentem continuo, ceu peccatis
mersam, abluendam, per sacrum divinæ aquæ
fontem,

fontem, CHRISTOq; ac ejusdem Ecclesiz in-
ferendam curarunt parentes optimi. Nec de-
in quicquam intermiserunt eorum, quæ eximie
recteq; educandæ servitura crederentur. Ipsi
profectò honestissimam egregiamq; mentem
melior Natura attribuerat; adeoq; jam tum
non solum, tenerisq; id enixè studebat eadem,
uti, quemadmodum generis splendore, sic vir-
tutum etiam vitæq; claritudine antecelleret sui
sexus alias, atq; præstaret. Annos nata decem
& octo, desponsata est, faustissimo omine, VI-
RO Clarissimo & Experientissimo DN. JOAN-
NI ANDREÆ, Med. D. & Practico felicissimo;
eidemq; quadriennio post reapse ac solenni-
bus nuptiis juncta. Duravit copula totos vi-
ginti ac octo annos, inusitatâ pace animorum-
que concordia, ut jurare haberes, unam men-
tem in duobus corporibus quasi divisam fuisse.
Sed neq; improlis planetoribus fuit, ut ex quo e-
legantissima filiola prodiret; quanquam non
diu superstitans, sed brevi post nativitatem eò,
undè venerat, reversa. Anno Seculi L. die 27.
April. factitatum, uti, morte interveniente,
Hero ac tam charo sibi Marito orbaretur, quem
casum tulit quidem tandè, prout Christianam
deceret, sed ita tamen, utri identidem fatere-
tur,


tur, nullâ acerbiori ratione fidem, pietatem, ac
constantiam suam cœlitus unquâ explorari po-
tuisse, quàm hâc ipsâ. Vidua & tot annos **CAPITE**
nuda, nullis penit9 deliciis aut mundanis irretiri
sefe passa est illecebris, sed Deo semper cœloq;
vacavit, sic ut & haberetur, & revera foret
EXEMPLAR, VIR TUTUM, SPECULLUM
item, in quod quæque Feminarum curatissimè
intueretur; **NORMA** deniq; ac **REGULA**,
ad quam vitam quæq; Matronarum suam, mo-
resq; suos merito componeret. Heri finien-
tis Augusti die 19. infestari morbo **TANTA**
VIRTUS cœpit: cui statim itum est obviam.
Ceterùm successu non alio, quàm ut hæc, no-
bis scribendi hodiè necessitas imponeretur. Fu-
it namq; vis mali longè valentior, quàm uti
quicquam adversus ipsam parari remedii qui-
ret. **NOSTRA** igitur quùm probè, quo loco
vel ipsa foret, vel res constituerentur suæ,
intelligeret, nil neglexit eorum, quæ in sa-
lutem cessura suam existimaret. Præparavitq;
adeò vitæ sese meliori, quando hujusce dete-
rioris spes prorsus decollaret. Accersitus ist-
hac fini est **DN. Confessionarius, VIR pl. Re-**
verendus & Excellentissimus, DN. JOANNES
QVISPORPVS, S. Theol. D. ac P.P. Pastor i-
tem

tem Jacobæus vigilantissimus, Collega & Amicus noster honoratissimus, qui peccatorum (quibus non unis, quam etiam sancta foret, attingebatur) prævia confessione seriâ, veniam, divino nomine annunciarer, decumbentiq; & certissimè expiraturæ cælestia corporis ac sanguinis Domini mysteria communicaret. Quo quum in CLINICAM sancto functus foret officio venerandus DEI minister, non diu illa, quidem supervixit, sed aliquot diebus post (quos interlabentes singulari animi devotione, clarissimisque constantiâ, pietatis ac patientiæ speciminibus transegit) mortalium excessit numero, placidèq; in DOMINO obdormivit. Vos jam, CIVES ACADEMICI, agite, & ultimum clarissimæ MATRONARVM, quod desiderasse abs vobis potuit, humanitatis officium, honorifico ac frequenti comitatu vestro, præstate; bellèq; jam nunc, sed MOR-TIS tamen SEMPER MEMORES, valet.

P.P. sub sigillo Rectoratus, ipsis Kal.
Septembr. Anno 1668.

Convenietur in Æde Divo JACOBO sacrâ
Hora 1. pomerid.





GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK



principemq; Sed verò etiam ipsa
timamq; horam interlabentia te
transegit, uti & pietatis virtutum
studio, & cetero qui præstantissim
norum amplitudine ætatem suam
ratissimè instruxisse videretur. H
TRONÆ, quam jamjam perrexe
omnem præclare edocebit. Nata
stochi, celebratissimâ Urbe & Acad
Seculi hujusce IV. die 18. Januar. Pa
CO Knuppert / Cive primario; Ma
NA Ohms / Feminarum præstan
vum paternum habuit VIRUM Am
& Consulissimum DN. ALBER T
pert / J. U. D. & Sereniss. potentissim
niam REGIS, FRIDERICI II. C
intimum, eundemq; Cancellariu
mum. Aviam verò paternam,
Stodebergs / matronarum ornatiss
ei maternus fuit JOACHIMUS Oh
Cerevisarius eximius; Avia mater
xus sui secunda, Isabe Nettelblats.
CTÆ sanguis est, hæc vicinior orig
fecto vilis aut minuta, sed oppido p
præclara. Nascentem continuo, c
mersam, abluendam, per sacrum di

